FERIA QUARTA CINERUM.

✠ Hac die et deinceps quotidie per totam Quadragesimam, dicanturVesperæ ante prandium,exceptis Dominicis diebus.

Capitulum. Joel. 2.

CONVERTIMINI ad me in toto corde vestro in jejúnio, et fletu, et planctu ☩ et scíndite corda vestra, et non vestiménta vestra : ait Dóminus omnípotens.

✠ Prædictum Capitulum dicatur quotidie ad Vesperas, diebus profestis, usque ad Dominicam in Passione.

✠ Hymnus Lucis Creátor óptime., pag. 133.; ℣. Dirigátur., pag. 134.; et dicantur hoc triduo.

Ad Magnif. Ant. iv. toni.



THESAURIZATE vobis thesáuros in cælo :



ubi nec ærú-go, nec tíne- a demo-lítur. Cant. Magní-



ficat. e u ó u a e.

Oratio.

INCLINANTES se Dómine majestáti tuæ propitiátus inténde : ut qui divíno múnere sunt reféc̄ti ☩ cæléstibus semper nutriántur auxíliis : Per.

FERIA QUINTA.

Ad Magnif. Ant. j. toni.



DOMINE non sum dignus ut intres sub